Petrus. ¶ Caſus apparet ex hiſtoria que talis eſt. Legitur in actib⁹ apoſtolorū cū ſimon magus nuper ad fidē cōuerſus videret ad vmbrā Petri infirmos ſanari: vt hoc donum carius alijs venderet, voluit a Petro emere, ⁊ obtulit ei pecuniā: quē Petrus dānauit dicēs. Pecunia tua ſit tecū in ꝑditionē: qꝛ exiſtimaſti ⁊c̄. et ideo qꝛ cor eius apud deū rectū nō erat, eū dānauit.

d ¶ Deprauatus. Similiter dicit ca. de Saule q̄ deprauatus cauſa peccati ad hoc ſe contulit qđ damnauerat. xxvj. q. v. nec mirum. vltra medium.

e ¶ Per impoſitionē. ſcꝫ vt cuicūq̄ȝ imponeret manū, acciperet ſpiritū ſanctū, ⁊ ei infunderet ſpūſſanctus.

f ¶ In hac fide. ſcꝫ nr̄a catholica: ſed in actib⁹ apl'orū habet in ſermone iſto: vt. j. ea. eos qui. vnde pōt dici in

n ¶ Diuinus. In bona ſignificatiōe a deitate ſumit, vel a diuinitate. ſic. ꝺ. xxxviij. diſt. omnes. non a diuinatione: vt. j. ea. nunq̄ȝ.

Sic xvj. q. j. predicator. i. pñtia.

o ¶ Et eorum. i. ſequacium eius.

p ¶ Efficiunt. ſcꝫ quantum in ſe eſt: ſicut emere ⁊ vendere dicuntur. j. ea. cauſa. q. iij. ſaluator. B.

q ¶ Si vult. Nihil enim tam conſonum ⁊c̄. inſtitu. de re. diui. §. per traditionem. C. de cōtrahen. emp. dudum. in fine. niſi vbi lex inhibet venditionem. extra de iure patrona. de iure. C. de re. aliena. l. vlti. Immo et quandoq̄ȝ compellitur vendere. C. de communi ſer. ma. l. j. ff. de reli. ſi quis ſepulchrum. ⁊. ff. cōi diui. l. j. §. vlti. emere pellit.

Uendere q̄ñq̄ȝ q̇s cogitur.

autem nō compellitur quis. C. de iure delibe. nec emere. Arg. contra. C. de dona. ſancimus.
a ¶ Pecunie. Nam precium in pecunia numerata cōſiſtit: vt inſti. de empt. ꝛ vendi. §. item precium. arg. ex̄ de rerū permu. ad queſtiones. nā vbi aliud pro alio dat̄ in ſpecie, permutatio eſt. ff. de contrahē. empt. l. j. Sed tamen hic emptio large, ꝛ pecunia ſimiliter large accipitur vt. j. q. iij. ꝑ totū.

de calum. l. j. §. quod autem. Eſt ergo ſimoniacus qui ratione ordinis vel beneficij collati aliquod munus dat: vt dixi de Giezi. §. ea. qui ſtudet. Joan.
h ¶ Placuit. ¶ Aliquanti. Argu. propter indignos hanc prohibitionem inſtitutam fuiſſe: porrigitur tamen ad omnes. j. e. q. iij. perue nit. j. xix. q. ij. due.

militer ꝛ qui emit, dñs eius volens eſſe qḋ emerit, per preciū pecunie[a] illud acquirit. Ita et hi qui hanc iniquam actionem operant̄, detrahūt[b] ſpiritui ſancto: equaliter peccantes his q̇ blaſphemauerūt dicētes Chriſtū in beelzebub eijcere demonia: atq; (vt veri⁹ dicam⁹) Jude cōparant̄ ꝓditori: qui Judeis occiſorib⁹ Chriſtū vēdidit. Cū ergo[c] ſpiritusſanct⁹ cōſubſtantialis ſit Chriſto, eiuſdem ipſi portionis erūt. ꝛ ꝓculdubio in eis nō eſt gratia ſpiritusſancti, id eſt ſacerdotij ſanctitas. nam qḋ non acceperūt, non habēt. Ait enim Petr⁹ Simoni: Non eſt tibi pars, neq; ſors in ſermone iſto, quia exiſtimaſti donū dei pecunia poſſideri. Nam et viceſimus non⁹ canon ſanctorum[d] apoſtolorum, ꝛ act⁹ eorūdē, et tertius[e] et quartus[f] liber Regum alienum omnino a ſacerdotio pronunciant eum qui aliquando dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tempore, ſiue ante manus impoſitionē, ſiue poſt. Accipere[g] em̄ eſt quādocunq; accipere.

Itē ex ꝯcil. Bracharēſi ſcḋo.

¶ Et qui dat, et qui accipit vt ordines ſacri preſtentur, anathema ſit.

Placuit vt de ordinatione clericorum ep̄i munera nulla ſuſcipiant: ſed (ſicut ſcriptū eſt) qḋ gratis donante deo accipiūt, gratis dent: non aliq̄ precio dei grā ꝛ impoſitio manuū venundet̄: q2 antiqua deffinitio patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens: Anathema ſit danti ꝛ accipiēti. Propterea enim q2 multis ſceleribus aliquanti[h] obruti ſancto altario indigne miniſtrātes, nō hoc teſtimonio bonorum operū, ſed ꝓfuſione munerū obtinēt: oportz[i] nō ꝑ gratiā munerū, ſz ꝑ diligentē pri⁹ diſcuſſionē, deinde per multorum[k] teſtimoniū clericos ordinare.

Ex illa authoritate beati Ambroſij ꝛ Gregorij patet ꝙ ſimoniaci (ſicut et alij heretici) a fide exorbitant: ꝛ ideo conſequēter de illis intelligitur quod de alijs decernitur.

Item opponit̄[l] ꝙ ꝓphetia donum ſpūſſancti eſt: hoc autē in veteri teſtamēto a ſanctis ꝓphetis vendi conſueuerat. Unde Saul ad Samuelē pro vaticinio expetendo non niſi cū munere ire preſumpſit. Uxor etiā Hieroboā ad hominē dei non niſi cū munere acceſſit. Item Chriſt⁹ a Juda[m] vēdit⁹ auriculam ſerui ſanauit. Exemplo itaq; Saulis et vxoris Hieroboā ꝑꝫ ꝙ donū ſpiritusſancti emere vel vēdere nō eſt pctm̄. Exēplo Chriſti liquet ꝙ ſpūs ſanct⁹ ꝛ ſi iniuſte a ſimoniacis venalis putet̄, virtutis tamen ſue gratiam non obliuiſcit̄, nec deſinit effectū ſue gratie etiam venditus preſtare. Sed de ꝓphetia beatus Hieronym⁹ in Micheam competēter ſoluit, malos tantum accepiſſe ꝛ non bonos denuncians.

¶ Mali ꝓphete non boni ꝓphetiam vendebant.

Preciū ī ēptione debz eſſe in nūera ta pecunia.

b ¶ Detrahunt. Sicut em̄ iudei miraculorum operationem tribuebant diabolo, q̄ per ſpiritum ſanctū fiebāt: ita iſti ordines qui ſunt dona ſpūſſancti, per diabolū ſibi acquirunt.
c ¶ Cū ergo. meli⁹ diceret cū enim ꝛc. ſm̄ qḋ poſt ſeq̄tur in litera.
d ¶ Canon ſanctorum. Qui ſic ſe hꝫ ſi quis ep̄s preſbyter aut diacon⁹ obtinuerit per pecuniā dignitatē, ꝛ ip̄e et ordinator ei⁹ modis omnib⁹ a cōmunione abſcindant̄, ſicut Simon mag⁹ a Petro. facit ad hoc. j. qō. iij. ſi quis ep̄s. ꝛ ca. ſi.
e ¶ Et terti⁹. vbi dr̄ de Hieroboā ꝙ quicunq; volebat implebat manum ſuam ꝛ fiebat ſacerdos excelſorum. ꝛ propter hanc cauſam peccabat dom⁹ Hieroboā, ꝛ verſa eſt ꝛ deleta de ſuperficie terre.
f ¶ Et quartus. vbi de Giezi agit̄.
g ¶ Accipere. argu. in electionib⁹ et alienationib⁹ vt firme ſint, fieri ex conſenſu poſt ſequente, ſicut ex priori. j. xix. qō. j. §. his ita. j. xvj. qōe. j. cap. vlti. et qōe. vij. decimas. ꝛc. et cap. eccleſias. extra de iure patro. cura paſtoralis. Argu. contra. xxiiij. diſtin. ca. vlti.

Cōt. tex. in. l. ſi. fraudator. §. ſi ꝓcurator. ff. ꝗ his que in fraudē credi. Cōſenſus in electionibus ꝛ alienationib⁹ dꝫ interuenire.

g ¶ Accipere. Similiter impendere eſt quandocunq; impendere: vt. j. e. qōne. iij. ſaluator. et capi. ſi quis epiſcopus prebendas. ꝛ ca. ſi quis obiecerit. et eſt ſimile. ff.

i ¶ Oportet. §. diſt. lxxxv. ca. j.
k ¶ Per multorum. §. diſtinc. lxvij. reliqui. in fi. contra. §. xxiij. diſtinc. lector. contra. et. xx. qō. ij. oportet. ſimile. §. diſtin. lxxv. cap. iij. Sol. hic appellantur multi duo vel tres. Uel hoc intellige cū clerici ſunt ignoti.
¶ Ex illa. ¶ Caſ⁹. Cōcludit hic Gratia. ex duob⁹ ca. ſupradictis, ſcꝫ capi. petrus. et ca. cum ōis. ꝙ ſimoniaci ſicut heretici a fide deuiant. iiij. ps.
¶ Item opponit̄.
¶ Hec eſt. iiij. pars queſtionis, in qua vult ꝓbare ſophiſtice ꝙ dare aliq̄d pro rebus eccleſiaſticis non eſt peccatum. Jo. de fan. j. Re. ix. a. iij. Re. xiiij. a.
¶ Caſus. In hoc §. ꝛ ſequenti capi. probat Gra. ſuperficialiter ꝙ vendere ſpūalia non ſit peccatum. ꝛ hoc facit tribus, exēplis. Exemplo Saulis qui non iuit ad Samuelem ſine munere pro vaticinio expetēdo. Exemplo vxoris Hieroboā, q̄ non iuit ſine munere ad hoiem dei ſcꝫ Achiam ꝓphetam. ꝛ exemplo xp̄i qui venditus auriculā ſerui ſanauit. Sed has obiectiones ſoluit ſequenti. ca. et. §. cū ergo. ſm̄ Hiero. Luce xxij. c.
l ¶ Item opponitur ei. ſ. qḋ propoſitum eſt principaliter: ꝙ ſcꝫ vendere ſpiritualia ſit peccatum: vel ꝙ ordo venditus non habet gratiam ſpiritusſancti.
m ¶ A iuda. Huius obiectionis ſolutionem ponit. j. in. §. cum ergo, in proxi. capi.

Iudices ᵃ(inquit) eiꝰᵇ in muneribꝰ iudicabāt: ſacerdotes eius in mercede reſpondebānt, et prophete eiꝰ in pecunijs diuinabāt, ⁊ ſuper dominū requieſcebant ᶜ, dicētes. Nonne dn̄s eſt in nobis? Non venientᵈ ſuper nos malaᵉ. Idcirco propter vos ſion, quaſi ager arabitᶠ, ⁊ Hieruſalē vt cuſtodia pomarijᵍ erit. Nemo ambigat Hieruſalē ꝓpter ſcelera que in hoc capitulo leguntur, fuiſſe ſubuerſam. Et paulopoſt. ¶ Poterat Petrꝰ Simoni mago vendere qđ petebat, immo poterat ſimulare vēdentē: ſpiritꝰ eñ ſanctꝰ nec vendi nec emi poteſt, ſed oblatam pecuniā cū offerente dānauit. ¶ Nec quemq̄ moueat illud qđ in primo Regum libro legimus Saulemʰ volētem ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe, q2 precium quod offerret ꝓ vaticinio non haberet, et puerū reſpondiſſe: Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecunie. Hanc dabo viro dei, ⁊ annūciabit nobis viā noſtrā. Nō eñ ſcriptū eſt ꝙ Samuel accceperit, aut ꝙ illi obtulerit, quin potiꝰ paſcūtur a ꝓpheta. Sed facⁱ eū accepiſſe. ſtipes magis eſtimande ſunt tabernaculi, q̄ munera ꝓphetie. Siclꝰ eñ. xx. obolos habet, et quarta pars ſicli q̄nq3 ſunt oboliᵏ. Et noſtri ergo ſacerdotes ſi volunt vendere ꝓphetiā, ⁊ colūbas in cathedris ſuis proponere, quas dn̄s flagello ſubuertit: quinq3 tantum obolorum ſint mercede contēti. qui vtinā ˡ non precia villarum, ſed quinq3 obolos acciperēt. ¶ Hoc ipſum ſonat et in tertio regnorum libro ꝙ vxorᵐ Hieroboā infirmāte filio pergit ad Achiā hominēⁿ dei, ⁊ defert ei decem panes, ⁊ cruſtulam, ⁊ vas mellis: q2 hec magis in ſumptūᵒ ꝓphete, q̄ muneri prophetie reputanda ſunt: lz potuerint hi q̄ ad arioſos ire cōſueuerāt, ex mala eorū cōſuetudine idipſum exiſtimaſſe etiā de prophetis: ⁊ voluiſſe ſanctis viris offerre, qđ diuinis offerre conſueuerāt.

Iudices. ¶ Caſus. Quidam cum de ſimonia reprehenderentur, excuſabant ſe exemplo quorūdam in veteri teſtamento: ſed Hieronymus oſtendit ſimoniacos eſſe damnandos. Primo per verba Michee prophete oſtendentis ꝓpter hoc Hieruſalē fuiſſe deſtructam. Secūdo per damnationē Petri quā fecit in Simonem magū. Tertio excuſat Samuelem prophetam. Quarto Achiam, dicens ꝙ pecuniā oblatā non receperāt: aut ſi ponas eos receipiſſe: nō pro munere ꝓphetie, ſed in ſtipes templi, et in ſumptus neceſſarios receperunt. Quinto excuſat Heliſeū q̄ nō eſt credēdus ab Azaele aliqđ accepiſſe: quem cōſtat munera oblata a Naaman ſyro reſpuiſſe. Secūda pars incipit ibi. Poterat. Tertia ibi: Nec quēq3 moueat. Quarta ibi: Hoc ipſum. Quinta ibi: Unde in quarto.

(marg.: Michee. iij. d.) (marg.: Actu. viij. d.)

ᵃ ¶ Iudices. al's incipit duces. verba Michee ꝓphete, et eſt talis caſꝰ. Quidā cum reprehenderentur de ſimonia, excuſabant ſe exemplo quorūdā in veteri teſtamento: quos Hiero. ponit in hoc capi. Primo ergo ponit v̄ba Michee ꝓphete, ⁊ exponit ea, oſtendens ꝓpter huiuſmodi ſimoniacos Hieruſalē fuiſſe deſtructā. Scđo ibi, Poterat Petrꝰ. ponit v̄ba Petri cum oblata pecunia Simonē cōdēnātis. Tertio excuſat Samuelē de quarta parte ſicli a Saule oblata. Quarto excuſat Achiā de panibꝰ ſibi ab vxore Hieroboam oblatis. Quinto Heliſeum de pecunia quā Azael nunciꝰ Benadab ſibi obtulit, quia non eſt veriſimile ꝙ acceperit.

(marg.: Hiere. ix.)

ᵇ ¶ Eius. Populi iudaici. Ioan.

ᶜ ¶ Requieſcebāt. Ille dicitur requieſcere ſuper dn̄m qui obtentu † ſacerdotij vel prophetie non viuit luxurioſe. ⁊ expone requieſcebant. i. gratiā eiꝰ habebant ſecum ſm opinionem ſuam.

(marg.: Requieſcere ſuper dn̄z q̄s dr̄.) (marg.: † Al's cōtēptu ſ3 Lau.)

ᵈ ¶ Non veniēt. Quaſi impunitatē ſibi ꝑmittebant.

ᵉ ¶ Mala. que minantur nobis prophete.

ᶠ ¶ Arabitur. Hoſtili aratro. i. deſolabitur, ⁊ eſſe deſinet: argu. ff. qui. mo. vſufruc. amit. ſi vſufructꝰ. ⁊ hoc factum eſt a Romanis.

ᵍ ¶ Pomarij erit. Cuſtodia eñ pomarij collectis pomis deſeritur: ⁊ ideo hoc dicit.

ʰ ¶ Saulem. Hiſtoria. Legitur in primo libro Regum ꝙ cum Saul cū quodā ſeruo ſuo aſinas queſiuiſſet patris ſui, et non inueniſſet: dixit ſeruus Saul. Hic eſt vir dei qui ſine ambiguitate loquitur, eamus et queramus ab eo. ⁊ ait Saul: Quid feremus ei? iam panis deficit in ſitharſijs noſtris, et ſportulam non habemus. ait ſeruus. habeo in manu mea quartam partem ſtateris argenti. ⁊ iuerunt ad prophetam, ⁊ inunctus eſt Saul in regē a Samuele de precepto dn̄i.

ⁱ ¶ Sed fac. i. pone. et ita ſm canones pōt pars ponere falſum. de cōſe. diſ. iiij. ſanctū.

ᵏ ¶ Quinq3 ſunt oboli. arg. i delicto quantitatē rei attēdi. i. xiiij. q. vlt. c. vl. i. xvij. q. iiij. q̄cūq3. i. xvij. q. vlt. queſiti ſunt.

(marg.: Exo. xv. d.)

ˡ ¶ Qui vtinam. Et hoc negatiue legas. i. vtinam non plus acciperent. ſimile vtinā habes. xxiij. q. iiij. ſi ea. et xxvj. q. v. epiſcopi. ⁊ ideo forte hoc dicit, quia ſi plus nō deberent accipere, nullus eſſet q̄ vellet ſimoniā cōmittere. vel ideo forte quia quanto minꝰ quis acciperet, tāto minꝰ peccaret † ſm ꝙ dicit de abigeo. minꝰ enim punitur pro porco vel oue q̄3 pro boue. ff. de abigeis. l. i. §. reſpon. Uel poſſet intelligi ſm illam decret. extra de ſimo. et ſi queſtiones. Argu. contra. i. xiiij. queſt. vlti. cap. vlti. xvij. q. iiij. quicunq3. extra de ſimo. ex tue. Sed hec contraria habent locum quoniam mens corrumpitur.

(marg.: Ioā. ij. c.) (marg.: iij. Re. xiiij. c.) (marg.: † Cōtra. in l. aut facta §. qualitas. ff. de pe. ⁊ ibi gl. cum ſi. co.)

ᵐ ¶ Q3 vxor. Hiſtoria. Legitur in tertio libro Regum ꝙ cum egrotaret primogenitus filius Hieroboam, dixit vxori ſue: Tolle tecum munera, et mutato habitu vade ad Achiam prophetam vt indicet tibi quid futurum ſit de puero. Que cum veniſſet ad prophetā etſi pre caliginatione oculorum videre non poterat, dixit tamen: Ingredere vxor Hieroboam: quare te aliam ſimulas? ego miſſus ſum ad te durus nuncius, et cum multa nunciaſſet ventura ſuper domum Hieroboam, ſubintulit. Uade in domum tuam. in introitu tuo in vrbem morietur filius tuus: qui ſolus de ſemine Hieroboam in ſepulchra patrum ſuorum inferetur. Hiſtoria de Heliſeo propheta in litera patet.

ⁿ ¶ Achiā hoiem dei. qui ei predixit mortē filij abie: et qui ei pctā ſua exprobraret: ⁊ ſuā vltionē prediceret: vt. i. e. ſi quis inquit. dic vt. xxiij. q. vlti. ca. vlti.

ᵒ ¶ In ſumptum. Ad ſumptus enim ⁊ ſuſtentationem accipere licet, extra de ſimo, cum ſit, xxiij. q. v. dicat, ff. de

offi.procon.ſolent.ff.de offi.preſi.plebiſcito.Et ita pbr ſi pauper eſt, accipe pōt pro celebratione miſſe.ex de preb, ſa myſterij ad exēplū patiētie, vel vt pdeſſet alijs, τ non ementi vel vendēti: ſicut ſimoniaci pſunt ignorātibus illos eſſe ſimoniacos: et nō obſtante eo q ſepe ad bonū finem veniūt, que malo principio inchoantur.

Presbyter pauper pro celebratione miſſe accipere poteſt.

ſignificatū. niſi ſit ppu9 ſacerdos.de cōſe.diſt.j.ſufficit.
a ¶ Heliſe9. Qui miſit lignum in aquā τ natauit ferrum.j.de cōſe.diſt.ij.re vera.
b ¶ Ad Azaelē. ſuarum rerum diſpenſatorem.
c ¶ Bona.i.aliq de oib9 bonis.i.de omni genere bonorum.ff.de reg.iur. aliud.§.refertur.
d ¶ Obtulit.arg. in eodem facto ſm diuerſitatem intētiōis alterum peccare, τ alterū non: vt.xxxij.qō.v.propoſito.
e ¶ Uiuit. Hec iuratio erat in veteri teſtamento.xxij. q.j.et iurabunt.
f ¶ Faceret. ar. ɔ Cathalanos.
Nunq.¶ Caſus. Diuinatio raro in bonam partē accipit. vnde illi q pro indicatione futurorū pecuniā accipiebant, nō erāt veri pphete ſz diuini: licet ſe crederent eſſe prophetas.
g ¶ Nunq.i.raro. † p maiori em parte dictū eſt.aliter falſū eſt: vt.ff. e.eos qui.
h ¶ Diuinatio. hoc em impoſſibile eſt q diuinatio ſit prophetia.expone ſic: facta eſt diuinatio, id eſt diuinatio eorū q credebatur eſſe prophetia.eoꝝ em pphetia declarata ē nō eſſe prophetia.
¶ Cū ſ ¶ Caſus. Cōcludit Gratianus ex premiſſis q vacua eſt gra ſpūſſcti in eis q munera accipiūt: nō obſtāte exēplo q xpo vēditus fecit miracula: q hoc fecit cau-

† Cōc. gl.i.l.ſi hereditatē.ff. mā. τ d cōſe.di. v.nūq. Diuinatio non pōt eſſe prophetia.

Luce xxij.c. Joan. xviij.b

¶ Unde in quarto lib. Regū legitur q Heliſeus[a] venit ad damaſcum, et Benadab rex Syrie egrotabat: annūciaueruntq ei dicētes: Uenit vir dei huc. ait rex ad Azaelē[b]: Tolle tecū munera, et vade in occurſum viri dei: τ cōſule dnm p eū, dicēs: Si euadere de infirmitate hac potero? Iuit igit Azael in occurſum ei9 habēs ſecū munera τ oia bona[c] Damaſci, onera.xl.camelorū. Sz non eſt credendū accepiſſe: ſicut de eodem Heliſeo legit q Naamā mūdatus a lepra obtulit[d] ei munera dicēs: Obſecro te vt accipias benedictionem a ſeruo tuo. at ille reſpondit: Uiuit[e] dns ante quem ſto q nō accipiā. Cūq vim faceret[f], penitus non acquieuit.

Idem in eodem.

¶ Q diuinatio in bonā non accipitur.

Nunq[g] diuinatio[h] i bonam partez accipitur. Uidebantur quidem ſibi eſſe prophete: ſed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta eſt diuinatio.

Cum ergo ſm[i] Hiero. boni prophete non munera pphetie accipiebāt, ſed ſtipes tabernaculi: mali aūt q accipiebāt pphetiā que dei erat donum in diuinationez que diabolica eſt, cōuertebāt: quid aliud colligitur niſi q in ſimoniacis (qd ſuperius dictū eſt) nulla ſpiritualis gratia cooperat? Cum em in ſacramētis neq q plantat, neq qui rigat ſit aliquid: ſed qui incrementū dat deus. quis operatur i eis ſi dns qui incrementum dat, in eis nō lucet ſed eſt ocioſus?

Item qd dicit de chriſto q ſicut chriſtus vēditus auriculā reſtituit Malcho τ fecit miracula: ſic et ſpiritusſctūs poſſit vendi, τ in ipſa venditione ſuā gratiam operari: nō valet hec ſimilitudo. Nō enim operatur ſpiritusſanctus ſpiritualiter in perfidis mercimonijs auaritie, quod Chriſtus geſſit corporaliter certi myſterij cauſa ad exemplū patiētie. Si enim omnifaria eſt ſimilitudo: cum credatur poſſe vēdi ſicut chriſtus, credatur etiam ſpiritusſanctus poſſe crucifigi, quod impoſſibile eſt. Poteſt etiā intelligi (vt a ſimilitudine nō recedam9) q ſicut Chriſtus venditus non venditori vel ementi, ſed eis q neſciētes aderant, dona ſue gratie contulit, pro quibus etiam in cruce ſupplicauit: ſic et ſpiritusſanctus nō vendenti vel ementi, ſed his q de manibus eorum ignorātia ducti ſacramēta dominica accipiunt, ſue gratie effectū largiri probatur.

Item obijcitur[k] q etſi malū ſit eccleſiaſtica emere, tamē ſepe ſiniſtra principia ad felices perueniūt exit9. Ut em Jacob per ſupplātationē[l] puenit ad benedictionē: vt ſeges que lepróſa manu ſeritur, munda tn metitur: vt ex adulterino concubitu pulchra ſoboles naſcitur: ſic τ pecunia que per ſimoniam acquiritur, felicez habet exitū cum pauperib9 profutura erogatur. Sed nihil horuz ſimoniacis patrocinatur.

Ait enim Leo epiſcopus ad Mauros epiſcopos.

¶ Que malo inchoant principio, nō peragunt bono exitu.

Principatus quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit: etiam ſi moribus aut actibus non offendit[m], ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exēplo[n]. Et difficile[o] eſt vt bono[p] peragantur exitu, que malo ſunt inchoa-

i ¶ Sctūm. et ita docet nos magr reſiſtere. Argu.a ſimili. xxvij.q.j.nuptiarū.ff.de condi. inde.ſi reus.xxxij. qōne.vij.apľs.preterea rnderi pōt p id quod notat ſupra.e.eos. †
k ¶ Item obijcit. In defenſionez ſimoniacoꝝ vſq ad §.ſed nihil. et ibi ſtatim incipit ipugnare eos.
l ¶ Per ſupplantationē.tn factam inſtinctu dni.vij.q. j.q periculoſum.
Principatus. ¶ Caſ9. Prelati qui dignitates male acqſiuerunt: etſi alios nō offendant, malos tn exitus cōſueuerūt habere. difficile enim eſt vt bono pagantur exitu τc.
m ¶ Nō offendit. ſic.xiiij.q.v.neq.
n ¶ Exēplo. habetur et rō exēpli. Nonnulla ſiquidē in canonib9 operatur. Multa em reprobantur ne ſint pnicioſa exēplo, q poſſent tolerari: vt xj.qōne.iij.precipue.§.l.diſtinc.de his po.§.di.lxxxij. plurimos.§.diſti. xcvj.bene.τ argu. xxj.q.ij.ſi qs iam. argu.xxvij.q.j.nec aliqua.j.xxvij.q.ij inſtitutum eſt.
o ¶ Et difficile ē. id eſt ‡ nunq.j.e. ſi qs neq.qnq poſſit p vix.xlvij.diſ. quantūlibet. ‡
p ¶ Bono. ſic.xiiij.q.v.neq. arg. cōtra ex qui fi.ſint legi.tanta.τ de matrimonio cōtracto

† Bene ibi not. p Lau. cuius fuit iſta gl.ſz nō not.ſm Joan.τ ibi dixi ſentētiā Lau. in ſū. portionis. Archi.

Reprobāt mlta: ne ſint exēplo pnicioſa.

‡ Cōc. text. i.l. abſurdū.cuz ibi not. ff.de iudi.τ i.l. j.cū gl. i ſū.peſſime.ff. ad macedo.

‡ Sed h. dicit difficile qſi non impoſſibile.

poſt votum de futuro.
a ¶ Principio. Arg. initium ſpectandũ: et quantũ valeat bona fides a principio, collige ex his argu. iij. qõe. x. placuit. xx. q. iij. propoſitũ. lxj. diſt. miramur. xcij. diſtinc. ſi quis epõs. ex de elect. auditis. ex de cen. peruenit. ff. de rei vendi. ſi in aliena. et de publiciana. de precio. ff. de his qui notã. infa. qd ergo. et de orig. iur. l. j. Arg. cõtra. ff. de legi. non oim. xvj. q. iij. §. poteſt. ꝟ. diſtin. xvij. regula. j. xiiij. q. v. necꝫ. xvj. qõ. j. ca. vlti. et q. iij. ſi ſacerdotes. ex de iure pat. cura paſtoralis. Jo. Si qs ſemper habet malam fidem nunqꝫ habebit exitum bonum: ſecus in contrarijs. B.

ad hoc extra de elec. dudum. j. vbi de hoc. et xvj. qõe iij. ſi ſacerdotes. Archid.

¶ Um paulus dicat.
b ¶ Fundamentum. Arg. contra: Debile pricipium melior fortuna ſequetur. Et argu. nõ baptizatum nõ ſuſcipere ordinez. xxiiij. q. j. vbi ſana. j. ea. q. ſi quis per ignorantiã. et j. ea. ſi quis cõfugerit. ex de preſ. nõ bap. veniẽs. et ca. ſi qs.

Ordinẽ ſuſcipere nõ dꝫ q̃ baptizat⁹ nõ eſt.

¶ On eſt putãda. ¶ Caſus. Nullus dꝫ ſimoniam ꝯmittere, vt poſtea ex pecunia velit eccleſias conſtruere, vel eleemoſynas facere: tum qꝛ dicit Salomon, Qui offert ſacrificiũ de ſubſtantia pauperũ ꝛc. Et hoc in prima parte. In ſecunda inſtruit electos ad dignitatem vt anteqꝫ accedant ad dignitatẽ, vires ſuas metiantur: vt ad quã ſe ſufficere credunt, cum metu accedant.

eleemoſyna de male acquiſitis fieri nõ debet.

c ¶ Ex illicitis rebus. Hic dꝛ ꝙ de male acquiſitis non dꝫ fieri eleemoſyna: qđ verũ eſt cũ dominiũ nõ eſt tranſlatum: vel ſi repetitio cõpetit: vt dixi in ſumma. xiiij. q. v. ſed vbi nõ ꝯpetit repetitio, bene: vnde et meretrix poteſt facere eleemoſynã, ſed nõ latro: arg. ff. de condi. ob tur. cauſam. l. idem. §. quotiẽs. Sed quid ſi de pecunia ſimoniaca fundata eſt eccleſia? Dico ꝙ non demolietꝛ. xiiij. q. vj. comperimus. et xij. q. ij. aurum. Sed quid de iure patronatus illius eccleſie? Dic ꝙ datur eccleſie cui facta eſt ignominia. extra de ſimo. de hoc autem, in autent. de ſan. epiſco. §. pro omnibus. ff. de calum. generaliter. §. illud. Item quid ſi ex pecunia ſimoniaca qs emit vineam

ꝫ. ſ. empto per pecuniam. Jo. de fan. ꝯ id ex de iure patro. ꝺ iure,

ta principio[a]. Item Grego. Antiocheno epiſcopo.

¶ Nõ ſupedificatꝛ bonũ opus vbi xp̃s fundamentũ non eſt.

Cum paul⁹ dicat. Fundamentũ[b] aliud nemo poteſt ponere pter id qđ poſitum eſt, qđ eſt xp̃s Jeſus: conſequẽter pbatꝛ qꝛ vbi chriſtus nõ eſt fundamẽtũ, nullius boni operis eſt ſuperedificium.

Idem Syagrio epiſcopo.

¶ Nõ pt fieri eleemoſyna ex pecunia ſimoniace acquiſita.

Non ẽ putãda eleemoſyna ſi paupib⁹ diſpenſetur qđ ex illicitis[c] reb⁹ acquiritur: qꝛ q̃ hac intẽtione mala accipit vt bene diſpenſet, grauatꝛ potius qꝫ iuuetꝛ. Vñ etiam certũ eſt qꝛ et ſi monaſteria vel xenodochia vel quid aliud ex pecunia q̃ p ſacris ordinibus datur, cõſtruantꝛ: non proficit mercedi. Ne ergo ſub obtentu eleemoſyne cũ petõ aliqđ ſtudeam⁹ accipere, prohibet ſcriptura dicens. Hoſtie impiorũ abominabiles ſunt dño, q̃ offeruntur ex ſcelere. Quicquid enim in dei ſacrificio ex ſcelere offertꝛ, oipotentis dei non placat iracũdiã, ſed irritat. Hinc rurſum ſcriptum eſt: Honora deuz de tuis iuſtis laboribus.

nunquid de fructu faciet eleemoſynam? Non: quia eodem iure cenſetur cum pecunia: cum fructus in locũ pecunie ſuccedant: arg. ex de vſu. cum tu. in fi. ff. de lega. ij. imperator. §. vlti. et. l. ſeq. et ꝟ. xiiij. diſtin. ca. j. Argu. contra. ff. de fur. qui vas. §. penult. et vlti.

Qui ergo male tollit vt quaſi bene prebeat, cõſtat quia ſine dubio dñm nõ honorat. Hinc quoqꝫ per Salomonẽ dꝛ: Qui offert ſacrificium de ſubſtãtia pauperis: idem eſt acſi victimet filium in cõſpectu patris. Quãtus autẽ dolor ſit patris perpẽdamus, ſi in eius cõſpectu filius victimetꝛ: et hinc facile cognoſcitur quantus apud deum dolor exaſperatꝛ quãdo ei ſacrificiũ ex rapina tribuitꝛ. Nimis ergo declinandum eſt ſub obtentu eleemoſyne peccata ſimoniace hereſeos ppetrare. Nã aliud eſt ppter peccata eleemoſynas facere[d]: aliud ppter eleemoſynas peccata perpetrare. et poſt pauca. Quiſquis ergo ſacerdotium nõ ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat, prius[e] vires ſuas cum eo qđ eſt ſubiturus onere metiatur: vt ſi eſt impar, abſtineatꝛ[f]: et ad id cũ metu etiã cui ſe ſufficere exiſtimat, accedat.

Idẽ Theodorico et Theodeberto regibus Francoꝝ.

¶ Paſtor ſimoniacus nullaꝫ ouibus prebet medicinam.

Hertur ſimoniaca[g] hereſis (q̃ prima ꝯtra dei eccleſiam diabolica ſupplãtaiuris. §. j. et. l. qua actione. §. ij.

d ¶ Facere. Sed opponitur. Fac tibi amicos de mammona iniquitatis. ſꝫ ſic exponitur .i. de diuitijs, ſolicitudinibus et laboribus acquiſitis, vel quibus abſtuliſti, ſua reſtituas, vel eorum parẽtibus, vel illis mortuis, ſacerdotibus offeras: et iſti omes facti tibi amici orabunt pro te ad dominum. licet eñ dictũ ſit: Que in malum acquiſiuiſti, in bonum expẽde: nõ tamẽ id tibi patrocinabitꝛ. Hug. male acquirere, ppter eleemoſynam, et id in bonum expendere, nihil alud eſt qꝫ filium in conſpectu patris mactare. xiiij. qõne. v. immolans. aliter autem acquiſituꝫ, vt amore filiorum, et in bonũ expẽſum, id tibi patrocinabitur ad premiũ. h.
e ¶ Prius vires ſuas. Sumite materiã veſtris q̃ ſcribitis equam Viribus: et verſate diu qđ ferre recuſent, Quid valeant humeri. arg. ff. de excu. tuto. pauptas. Idem dicit lex in mulione. ff. ad legem aquil. l. idem

Facere amicos de mãmona iniquitatis qđ.

hic videas qđ hꝛ xiiij. q. v. ſꝫ hoc ibi expõit pdicta auctoritas.

Horatius in arte poetica.

f ¶ Abſtineat. Hic preſumitur cõtra indignum prelatum ſtatim ꝙ male ſit electus: argu. a cõtrario ſenſu. lxj. diſt. miramur. verſi. nec putandus eſt honor.

H ¶ Ertur. ¶ Caſus. Gregorius reprehendit hic reges Francie eo ꝙ in ſuis finibus ſinunt ſimoniam vigere. Et oſtendit hoc eſſe damnum regum: quia ſimoniaci nocent regimini eorum de ſuis iniuſtis orationib⁹, quorum interceſſionibus debuerãt adiuuari. Quis eñ de ipſorum orationibus confidere poteſt, quos intus cognoſcat eſſe vulneratos? et qualis fructus producitur cum radix eſt infecta?
g ¶ Simoniaca. Notat Grego. primo de negligentia reges iſtos Francie, eo ꝙ dominatur ſimonia in regno eorum. Secundo dicit ꝙ ipſorum prelatorum culpa in

Simonia dominatꝛ in frãcia.

tione ſurrepſit, et in ipſo ortu [a] ſuo zelo aplice vltionis percuſſa atq3 dānata eſt) in regni veſtri finibus dominari: cū in ſacerdotib9 fides ſit eligenda cū vita. ſi enim vita deeſt, fides [b] meritum nō habet: beato Jacobo atteſtante, qui ait: Fides ſine operib9[c] mortua eſt[d]. Que eñ opera eſſe valeant ſacerdotis qui honorem tanti ſacramenti conuincitur obtinere p premium? et poſt pauca. Hinc igitur non ſolum in ordinatoris et ordinati animam lethale vulnus infligitur, verūetiam [e] excellentie veſtre regimen veſtrorū epiſcoporū culpa (quorum magis interceſſionib9 iuuari debuerat) pregrauatur. Si enim dignus is ſacerdotio credit, cui non actionis merita ſed premiorum copia ſuffragatur[f]: reſtat vt nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas, nihil ſibi defendat induſtria: ſed totum auri prophanus honor obtineat: et dum vitia honor remunerat, in locum vltoris [g] is fortaſſe qui fuerat vlciſcendus [h] adducit: atq3 hinc ſacerdotes non proficere, ſed perire potius iudicantur.

Vulnerato nāq3 paſtore quis curādis ouib9 adhibet medicinā? Aut quō populū oratiōis clypeo tueatur qui iaculis hoſtiū ſeſe feriendū exponit? aut qualē fructum de ſe pductur9 eſt cui graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuēda eſt locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locū regiminis adducunt, q̄ dei magis in ſe iracundiā puocāt[i], quā p ſemetipſos placare debuerāt.

Cum ergo ſm leonē ſimonia non bono peragatur exitu, ſm Gre. nullū boni operis ſequat edificium: nec eſt putāda eleemoſyna que ex precio ſimonie erogat pauperib9: vulnerato paſtore medicina non adhibet curādis ouibus: de infecta radice fruct9 non pducit: maior etiā calamitas in futuro metuitur: ergo de tam ſiniſtro principio q̄s felix exitus ſperatur?

Hinc etiam Auguſtinus ait.

C Simoniacorū ſacramenta effectu gratie carent.

Sicut eunuchus [k] fuit qui Joſeph cōparauit: ita qui gratiam mercatur, viuum ſemen [l] non habet ſiccis genitalibus. Sic quoq3 ignis ſacrificij qui per ſeptuaginta annos babylonice captiuitatis ſub aqua[m] vixerat, extinct9 eſt Antiocho [n] Jaſoni vendēte ſacerdotium: quod ſignificauit ſpirituſſancti ignem non

---

eorum regimen retorqueatur. Tertio timendum eſſe de his qui tales apud deum interceſſores habent, qui in ſe prouocant iram dei quam placare debent.

a C Et in ipſo ortu. Quo ad nouum teſtamentū: z intellige poſt reſurrectionem: z ſic non eſt contra. de conſe. diſt. ij. prima.

b C Fides. pfeſſionis ſc3.

c C Operib9. exterioribus.

d C Mortua eſt. Si tempus datur vel locus. de pen. diſt. iij. ca. vlti.

e C Verūetiā excellētie. Ecce q crimen alicuius nocet innocenti. † argu. diſt. lxj. miramur. verſic. ſicut enim. arg. e. q. dominus. contra. j. e. q. iiij. c. j. argu. viij. q. iiij. c. j. contra. diſtin. lxxxj. ſi qui preſbyteri. arg. diſti. xxxvij. §. vt itaq3. arg. de cōſe. diſt. j. in ſancta. Arg. contra. xxiiij. q. j. non turbatur. arg. vj. q. j. ex merito. argu. xlix. diſtic. §. j. argu. ij. q. vij. cap. ſicut. ij. arg. j. ea. q. multi. Et eſt argu. q res inter alios, acta alijs nō preiudicat. j. de penitē. diſt. vj. cap. j. ff. de re iudi. ſepe. Joan. Hoc breuiter tene q res inter alios acta, alijs non nocet generaliter, nec crimen alterius alij nocet. in caſibus tamē ſpecialibus fallit, qui in iure expreſſe inueniūtur: extra de re iudi. quamuis. et vj. queſt. j. §. verū. et alijs ſimilib9 caſibus: vt. ij. q. vj. §. diffinitiua.

Crimē alteri9 nocet innocēti.

† De hoc no. B. et h pe. quibuſdā.

Res inter alios acta alijs regulariter nō nocet.

f C Suffragatur. Nam dicit lex: qualiter quiſq3 mereatur, nō quantum dare ſufficiat, eſtimetur. C. de epiſco. et cleri. ſi quemq3. Sed queritur quare ſcribit papa regi: cum non habeat poteſtatem ſuper his. xj. q. j. ſacerdotibus? Ideo, quia particeps erat: vel quia erant incorrigibiles: vt. j. e. q. ō. vlti. ca. vlti. xvij. diſtin. nec licuit. extra de iudi. cum non ab homine.

g C Vltoris. i. prelati, qui vitia aliorū debet vlciſci.

h C Vlciſcendus. i. ppter peccata † puniendus.

i C Prouocant. in ſe, nō in illos pro quibus ſupplicāt. z ita etiam exaudi. iij. q. vij. in grauibus.

† ppa. q. d. aſſumit officiū vltoris ille de q̄ d3 vltio ſumi.

C Tum ergo. C Concludit Gratian9 ex oībus ſupradictis q ex malo initio bonus exitus non ſperatur.

Sicut. C Caſus. Sicut eunuchus fuit qui Joſeph comparauit: ſic eunuchi ſunt. i. ſine humore gratie qui ſimoniā cōmittunt, z in eis ignis ſpirituſſancti nō viget. Quod probatur exēplo Antiochi: quo vendente ſacerdotiū ignis qui vixerat ſub aqua ſeptuaginta annis extinct9 eſt. Et nota duas hiſtorias in hoc capitulo, ſc3 de Joſeph, z igne. Legitur enim in Geneſi q Joſeph venditus eſt a fratribus ſuis Jſmaelitis euntibus in Egyptū: qui poſtea vendiderunt eū Phutifar eunucho Pharaonis regis: quem exiſtimo miraculoſe eunuchizatum ideo quia emerat Joſeph vt eo abuteretur: cū ante conſtet eum vxorem habuiſſe z filiam. Jtem legitur in libro Machabeorum q filijs Jſrael in perfidiam deductis, Hieremias cum quibuſdā alijs ignem ſacrificij abſconderunt in valle vbi erat puteus occultus. Poſt multos autem annos ad preceptum regis Perſidis queſitus eſt ignis ille: quo inuento, hauſerunt aquam qua ligna compoſita aſpergebantur, z ſtatim ardebant: pro quo miraculo rex ſuper puteum illum templum edificauit. Tempore vero procedente cum rex Antiochus regnum ſuſciperet, z regnaret i Judea, Jaſon frater ſummi ſacerdotis adito rege obtulit ei talenta. xl. et accepit ab eo ſummi ſacerdotij principatum: et ſtatim extinctus eſt ignis ſacrificij. Sequentes duo. §. plani ſunt.

Joſeph venditio.

Jgnis diu occultati miraculoſa inuentio.

k C Sicut eunuchus. Phutifar qui primo habuit vxorem filiam Pharaonis: cum poſtea fuiſſet ordinatus ſacerdos Heliopolis, fuit exſectus. Vel vt quidam dicunt, ſiccauit dominus genitalia eius: quia ad turpes vſus emerat Joſeph.

Phutifar gener Pharaonis in ſacerdotio fuit exſect9.

l C Semen. ſc3 boni operis.

m C Sub aqua. Arg. diſtin. lxxxj. ca. ſi qui. Arg. tamen contra. xxviij. diſt. ca. vlti. z. j. ea. dñs. Jo.

n C Antiocho. Jſte Antiochus grecus fuit: et multum iudeos oppreſſit: et vendidit ſacerdotium templi.

Et eſt ar. hic q̄ in vete. teſta. ſimonia erat ordinē emere, to vero dignitatis, vt in ordine, diſtingue ſm̄ illā diſtinctionem. ix. q. j. ordinationes. et in ſumma ibi poſita. In ſacramento euchariſtie dicimus q̄ de manu heretici ſumendū nō eſt. xxiiij. q. j. c. vlt. ⁊ xxxij. diſt. §. vera. ſi tamē accipiaꝛ, verū eſt corp⁹ ſi in formā eccleſie eſt cōfectū: licet quidā dicant q̄ ipſi non conficiunt. xxiiij. q. j. ſchiſma.

de igne Hieremie. a ¶ Non lucere. Ignis miſſus a Hieremia in puteū: q̄ tamē poſt nunq̄ fuit inuēt⁹: ſʒ aqua pinguis lapidi ſuppoſita illum comburebat. de iſto igne habes de peniten. diſt. iij. inter hec hircū. ⁊ puteus erat in valle Joſaphat, vbi rex Perſarū fecit fieri templum, ⁊ appellatū eſt a Hieremia nepthar, qđ interpretatur purificatio. Jo.

¶ Sed objicitur.

¶ Hec eſt. v. pars hui⁹ queſtionis, in qua vult probare q̄ ſi catholicus malus ſcʒ tolerat⁹ cōferat ſacramētum aliqđ, bene valet, v. ps. dūmodo accipiens non ſit in culpa. et idē credo de ſacramētis ab hereticis collatis in forma eccleſie. In tali tamē indiget man⁹ impoſitiōe ꝓpter immanitatem hereſis. et hoc probat. xviij. j. Co. iij. b. auſ. Jo. de fan.

b ¶ Sed objicit. In defenſione ſimoniacorū probando q̄ habent effectū ſacramenta ab eis collata. Jo.

Si iuſt⁹. ¶ Caſus. Hic oſtēdit q̄ ſi ſacerdos iuſt⁹ fuerit, eſt bonus miniſter ſacramentorum, et non actor: qđ probatur exēplo Pauli. ſi vero malus eſt, ſua malitia ſacramentis non obeſt: q̄ ſicut aq̄ ſterilis non eſt q̄uis p canalē ſterilē fluat: ita virtus ſpiritualis etſi per immūdos trāſeat, tn̄ ab illuminādis excipiꝛ. Et not.

lucere[a] in ſimoniacis ſacramētis. ¶ Quid in his ſiſitudinibus beat⁹ Auguſtinus notare voluit, niſi q̄ ſacramēta ſimoniacorū (ſicut et ceterorū hereticorū) licʒ ſint vera quantū ad formā, inania tamē ⁊ falſa ſunt q̄tū ad effectū, cū non poſſint in cordibus hoim̄ gignere vel accendere celeſtē gratiam.

Sed objicitur[b] illud Augu. contra hereticos.

¶ **Siue bonus, ſiue malus ſit miniſter, per vtrunq̄ effectus gratie confertur.**

Si iuſtus[c] fuerit miniſter, cōputo eū cū Paulo, qui gloriā ſuam non querit, dicens: Ego plantaui[d], apollo rigauit[e], deus autem incrementū dedit. Qui vero ſuperbus fuerit miniſter, cū zabulo computabitur: ſed non contaminaꝛ donū Chriſti: quia per illū purus fluuius tranſit, ⁊ venit ad fertilē terrā. Scio q̄ lapis ex aqua fructum ferre non poteſt: ⁊ ſi p lapideos canales tranſit[f] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generaꝛ: ſed ortus plurimum fructū affert. Spiritualis enim virtus ſacramēti vt lux pura ab illuminandis excipiꝛ: ſed per immundos tranſiens non coinquinatur.

Idē ad Vincētiū donatiſtā.

¶ **De eodem.**

Ex catholica[g] eccl'ia ſunt omnia[h] ſacramēta dominica: que ſicut habetꝭ et datis, ſic habebātur[i] ⁊ dabantur priuſq̄ inde exiretis.

Itē ad donatiſtas. **De eodē.**

Sic aūt de⁹[k] adeſt ſacramētis ⁊ verbis[l] ſuis per quoſcūq̄ adminiſtrenꝛ quorū ſacramēta et verba recta ſunt: ſicut mali homines, qb⁹ nihil proſunt, vbiq̄ peruerſi ſunt, id eſt intus ⁊ foris. Idem.

Nec foris ergo nec int⁹ quiſq̄ qui ex patre diabolo eſt, poteſt in ſe vel in quoquam maculare ſacramētum quod Chriſti eſt.

Idem ad Demetrium.

¶ **Sacramenta que non mutantur, catholicis et hereticis communia probantur.**

Sacramēta que non mutaſtis[m], ſicut habetꝭ approbantur a nobis: ne forte cū veſtram prauitatem corrigere volum⁹, illis myſterijs que in veſtra prauitate deprauata nō ſunt, ſacrilegā faciamus iniuriam[n]. Neq̄ Saul deprauauerat vnctionem quā acceperat: cui vnctioni Dauid pi⁹ ſepius exhibuit tantum honorem.

Idem ad donatiſtas.

¶ **De eodem.**

Sicut ficti[o] veraciter nō ficte recipiunt, nec eorū

d ¶ Plātaui. predicando.

e ¶ Rigauit. baptizando.

f ¶ Trāſit. j. e. ſic popul⁹. ʒ. So. hic de ſacramētis neceſſitatꝭ, q̄ ſemper habent effectū niſi culpa ſuſcipientis impediat: et ibi de ſacramētis dignitatis. vel hic de ficte ordinatꝭ: ibi de his quos eccleſia tolerat. Vel dic q̄ ſunt polluta q̄tuʒ ad illos: vt. xlix. diſtin. c. vlti. xv. q. vi. ca. ſi. Sacramenta ſunt duplicia.

Ex catholica. ¶ Caſ⁹. A catholica eccleſia vera ſumpſerunt heretici ſacramenta, q̄ ſic habent ⁊ cōferunt ſicut habebāt anteq̄ de eccleſia exirent.

g ¶ Ex catholica. In hoc et in duob⁹ c. ſequētibus ob: q̄ vera ſunt ſacramēta hereticoruʒ que in forma eccleſie celebrantur.

h ¶ Oia. i. oim̄ ſacramentorum veritas ⁊ forma.

i ¶ Habebātur. Ar. ʒ. j. e. ex̄ catholicā. ſʒ ibi expone. i. extra formā catholice eccleſie.

k Sic aūt de⁹. Deus diciꝛ

† De hoc le. ⁊ not. j. e. §. ſʒ notādū ē. Archi. q̄ ab iſto ſupradicto ca. vſq̄ ad ca. etiaʒ corde, probaꝛ q̄ vera ſunt ſacramenta malorum ſacerdotū: ⁊ vere ab eis conferuntur, dūmodo in forma eccleſie conferantur.

c ¶ Si iuſtus. Ab iſto ca. vſq̄ ad illud etiā corde, oſtendit magiſter q̄ ſacramēta hereticorum vera ſunt, ⁊ vere ab eis conferunꝛ ſi in forma eccl'ie conferātur: nō tn̄ quo ad virtutem: cū diſt. tn̄. quia ſacramenta neceſſitatis † ſi in neceſſitate quis ſumat ab heretico, vel etiam ſi ignorāter ſumat: ⁊ virtutē ⁊ veritatem quidē accipit ſacramēti. Si vero non in neceſſitate vel ſcienter accipit: veritatem quidē accipit ſacramenti, non virtutē. ſi tn̄ ficte accipit, ⁊ poſt agat penitentiam, habebit vtrunq̄. de conſe. diſtin. iiij. tunc valere. et §. ſed notandum ‡ j. e. In ſacramen-

‡ Ad idē de penitē. diſt. iij. §. illud aūt Grego. i ſi.

adeſſe talib⁹ ſacramentis, vt veritas ſubſiſtat, ⁊ vt virtus preſtetur ei qui accipit ignoranter. ʒ. c. ſi iuſtus.

l ¶ Et verbis ſuis. Et ita verba neceſſaria ſunt: argu. j. e. detrahe.

m Sacramenta. ¶ Non mutaſtis. i. nō extra formā eccleſie tradidiſtis. Verba in ſacramentis ſunt neceſſaria

n ¶ Iniuriā. Ar. q̄ ꝓpter alterū nō dʒ alteri iniuria fieri. de cōſe. di. iiij. oſtendiꝛ. ff. de re. iu. nō debet. Jo.

Sicut ficti. ¶ Caſ⁹. Sicut ſi q̄s adult⁹ fict⁹ vel ſine cōtritiōe accedit ad baptiſmū, verꝫ tn̄ recipit ſacramentum: ſic ⁊ vera ſunt ſacramentā que ſchiſmatici ⁊ heretici in forma eccleſie conferunt. Baptiſmus ficte accedēti dādus eſt

o ¶ Ficti. Sed nunq̄d dādū eſt baptiſma ei q̄ ficte ac-

baptiſma reprobat:ſic et illa q̄ ſchiſmatici ꝛ heretici nõ aliter habẽt nec aliter agũt q̃ʒ vera eccleſia:dũ ad nos veniũt,nõ emendam⁹,ſʒ poti⁹ approbam⁹.

Idem cõtra petilianũ.

¶ Non effugiant ſacramenta a quocunqʒ miniſtrentur.

NEcʒ in hoĩe bono aliqs dei ſacramenta fugiat, neqʒ in homine malo[b].

Idem in libro de baptiſmo.

¶ Hominũ malitia ſacramenta non prophanat.

NOnne[c] ſodomite ethnici erant.i.gentiles:ꝰ peiores[d] ergo Judei,quib⁹ dñs dicit: Tolerabilius erit ſodomis in die iudicij,q̃ʒ vobis. et quib⁹ ꝓpheta dixit: Juſtificaſtis ſodomam.id eſt cõparatione veſtri iuſta[e] facta eſt. Nunquid tamẽ ideo ſacramenta diuina q̄ apud Judeos erant,talia[f] erãt quales ꝛ ipſi erãt:ꝰ q̄[g] dñs quoqʒ ipſe ſuſcepit: et ad ea celebranda leproſos quos mũdauerat,miſit:et ea zacharie[h] miniſtranti,angelus[i] aſtitit:eumqʒ in templo ſacrificantem exauditum eſſe nũciauit. Hec eadẽ ſacramenta ꝛ in bonis hominibus illius temporis erant,et in malis peioribus q̃ʒ ſint ethnici,quãdo quidem in malitia prelati ſunt ſodomitꝭ: ꝛ tamẽ illa ſacramẽta erant in vtriſqʒ integra et diuina. Nã ꝛ ipſi gẽtiles ſi quid diuinum et rectum[k] in doctrinis ſuis habere potuerunt,non improbauerũt ſancti viri,q̃uis illi ꝑ ſuas ſupſtitiones ꝛ idololatriã ſupbiãqʒ ꝛ ceteros ꝑditos mores deteſtãdi eſſent: ꝛ niſi corrigerent,diuino iudicio puniẽdi.

Idem.

¶ Sacramenta mali habere poſſunt,licʒ virtutẽ ſpiritusſancti habere non poſſunt.

MUlte autẽ operatiões[l] ſunt ſpũſſancti:q̄s cum apoſtolus in quodã[m] loco cõmemoraſſet,ita cõcluſit. Omnia autem hec operatur vn⁹ et idem ſpirit⁹,diuidens ſingulis prout vult. Cũqʒ aliud ſit ſacramentũ,qđ habere etiã Simon magus potuit:et aliud prophetia,que in malis hominibus etiam fieri ſolet,vt in Saul[n]: aliđ operatio eiuſdem ſpiritusſancti,quam niſi boni[o] habere nõ poſſunt,id eſt chari

cedit? Dic q̄ ſic, ſed poſt cõpellẽdus eſt fidẽ obſeruare. arg.xlv.di.de iudeis. Utrum autem baptizetur ignorãs vel inuitus vel dormiens,habes extra de bapti. ꝛ eius effectu.ca.maiores.§.item queritur.

a ¶ Non emendamus.j.de conſe.di.iiij.oſtendit. et ca. ſolet queri.j.ea.ſi quis inquit.. Sʒ cõtra.j.e.q.ſicut vrgeri. Sed hic de fictione accipientis que non impedit: ibi de fictione dantis que impedit: vel quando non in forma eccleſie.xxxij.diſtinc.§.verum.

b ¶ Necʒ. ¶ In hoĩe malo .i.tolerato, vel in neceſſitate. ꝛ ſic nõ eſt cõtra.ſ.d.xxxij. nullus.et cap. preter hoc. h.

Ad hoc j.e. q̄.multi. vbi de hoc in gl. et his ar.

¶ Caſus. Nonne. Hic oſtẽdit q̄ apud malos erant ſacramenta. Nam peiores ſodomitis erant iudei:et tamẽ dñs eorũ ſacramenta vera eſſe ꝓbauit,dũ ad ea celebrãda leproſos quos mundauerat miſit: ꝛ dũ eius angel⁹ zacharie in templo miniſtranti aſtitit ꝛ eũ exauditum denunciauit. nec etiã gentilium verba reprobant ſancti patres vbi verum dixerunt.

Mat. x.b. Ezec. xvj.f. Luce j.b.

c ¶ Nõne. Uult ꝓbare Aug.in hoc ca. q̄ apud hereticos ſunt vera ſacramenta: quia erant apud iudeos, qui peiores erant ſodomitis.item et alia ratione, quia ſi gentiles aliquid boni habuerunt: hoc ſancti viri non reprobauerunt. Q̄ʒ autem apud iudeos eſſent vera ſacramenta,probat exemplo domini ꝛ zacharie.zacharias tamen bonus fuit: vnde ratione perſone nulla eſt probatio:ſed iſte eodem modo ſacrificabat quo et alij iudei.

Judeorum ſacramenta fuerunt vera. Judei peiores fuerũt ſodomitis.

d ¶ Peiores.j.xxiiij.qõ.j.non afferamus.quia illi tantũ naturalem legem tranſgreſſi ſunt: iudei etiam ſcriptã. illi predicatores non habuerunt: iſti etiam Jeſum Chriſtum.apud illos nulla miracula facta ſunt: apud iſtos multa facta ſunt: et preterea iſti Chriſtum crucifixerũt. .xxiij.de pe.diſt.j.periculoſe.

e ¶ Juſta. Jd eſt minus mala.arg.viij.q.j.vereor. vnde dic iuſtificaſtis,comparatione melioris vite,non poteſtate iudicij.

f ¶ Talia.i.tale ſacrificiũ eſt qualis ſacrificãs.j.e.dominus declarauit.ver.item nos dicimus.

g ¶ Que,ſcilʒ ſacramenta, vt circunciſionem quando cum hoſtijs in templo fuit preſentatus,de conſe.diſt.iiij. proprie.in fine.

h ¶ Et ea zacharie. Ecce per bonos oſtẽdit ſacrificium fuiſſe apud iudeos.

i ¶ Angelus. Narratur hiſtoria in nouo teſtamento q̄ fuit in diebus herodis ſacerdos nomine zacharias, et eius vxor nomine elizabeth. Dauid autem volens ampliare cultũ domini.xxiiij.inſtituit ſummos ſacerdotes: quorum tamen vnus maior erat, qui princeps ſacerdotum dicebatur. quorum de numero vnus fuit zacharias: qui cũ in die propitiationis incenſum poneret, predixit ei angelus filium naſciturum de vxore ſua.qui vſqʒ ad diem partus obmutuit, quia credere noluit.

k ¶ Et rectũ. Argu. propter perſone deteſtationem non reprobari dicta illi⁹.ſ.xxxvij.d. ſi quid veri.et.cap. turbat.j.xxiij.q.iiij. quid ergo.j.e.qõ.j. dominus declarauit:ſupra.xix.diſtictione.ſecundũ.j. xxvj. queſtio. ij. ſi de area.contra.ix. diſtin.ſi ad ſacras. contra. diſtinctio. xvj. canones. Dic vt in decre. ſi ad ſacras. Ul' dic q̄ vtile vitiatur per inutile,cum alteri fit preiudicium.lxvj.diſtinctione.capi.j.

Perſone deteſtatio an faciat illi⁹ dicta reprobari. j. Co. xij.

¶ Caſus. Multe autem. Multe ſunt operationes ſpiritusſancti: quas hic non enumerat Auguſti. ſʒ nos mittit ad apoſtolum qui enumerãs eas ſubiungit. Omnia autem hec.ꝛc. Earũ operationum quedã ſunt in bonis ꝛ malis: quedam in bonis tantum. Jn bonis et malis,vt ſacramenta: baptiſmus in ſimone: et prophetia in ſaule: quorum vterqʒ malus erat. Jn bonis tantum, vt charitas et alie virtutes.

l ¶ Operationes. Jd eſt multa ſunt dona que ſpiritus ſanctus operatur.xxx.q.j.peruenit.

m ¶ Jn quodam loco. Jd eſt in epiſtola prima ad Corinthios.xij.ca.

n ¶ Ut in ſaul. Et in caipha: Expedit vt vnus moriatur ꝛc.j.e.q.prophetauit.

Caiphas ꝓphetauit.

o ¶ Boni. Scilicet per gratiam inhabitantem. infra. xxiiij.queſtio.iij.de illis qui.et.e.cau.queſtio.j. vbi ſana. h.Joan.de fan.

R Emiſſionem. ¶ Caſus. Cum aliquis baptizatur a quocūq; ſiue bono ſiue malo, remiſſionem peccatorum quam conſequit̄ per baptiſmū, non dat ei malus, ſed meritum eccleſie immaculate. Nā bonis tantū dictū eſt. Cuicunq; remiſeritis peccata. ⁊c̄. Illa ſola columba pacē habet, et ideo ligat ⁊ ſoluit. et ſolꝰ ille ſoluitur qui cum columba. i. eccleſia habet pacē. vel ſic. Dictum eſt ſupra quaſdā operationes ſpiritusſā cti eſſe in malis vt baptiſmum: quaſdam vero non eſſe i malis, vt remiſſiones peccatorū que dant̄ ad preces bonorum eccleſie: qui cū columba id eſt eccleſia habent pacem. non enim malis ſed bonis dictū eſt. Quorum remiſeritis peccata ⁊c̄.

a ¶ Auari. id eſt idololatre, id eſt quilibet mali. xxviij. queſtiōe. j. idololatria.

Joan. xx. c.

a ¶ Auari nō dāt. id eſt indigni ſunt dare. j. de ꝯſe. diſt. iiij. quomodo. Uel intellige de preciſis, quia non dant in veritate niſi ſacramentū in neceſſitate, ⁊ eius etiam virtutem.

Auari nō dāt peccātoꝝ remiſſionem.

b ¶ Que per orationem. Quia facilius precibꝰ iuſtoꝝ qui ſūt in eccleſia, obtinet̄ remiſſio: † vt. j. xxiij. q. iiij. obtineri. Uel quia per vinculum charitatis eccleſie dimittuntur peccata. j. de cō ſe. diſt m. iiij. eccleſie charitas.

Juſtoꝝ preces facilius exaudiuntur.

† De hoc de peni. di. j. multiplex.

c ¶ Foris. Si intelligas ca. de toleratis: dic foris id eſt ex̄ eccleſiam que complectitur tantum grana. ſi de preciſis: dic foris id eſt extra eccleſiam militantem, que cōplectitur grana cum paleis. vij. q. j. §. cum vero.

d ¶ Aperte. Cum ſit chriſtianus eccleſiam impugnās manifeſte, ſiue perturbās eccleſiam occulte. xxxij. q. iiij. recurrat. ver. ſi.

¶ Si ergo ¶ Caſus. Infert Gra. ex ſupradicto cap. ſi iuſtus fuerit ꝙ ſimoniacorū ſacramēta alijs vtilia ſunt etſi iſtis non proſint, ſimilitudine aque currentis per canales, et lucis, que ab immundis non coinquinantur. Sed obijcit de ſacramentis hereticorum, que vera ſunt quantum ad formam, et quo ad effectum. Sed ſoluit dicens ꝙ ſacramenta neceſſitatis cū effectu conferunt: ſed ſacramenta dignitatis quo ad formam tantum, que carent officio diuerſis ex cauſis.

e ¶ Sacramenta. Reſpicit illud ca. ſi iuſtus fuerit. ſ. e.

tas: quodlibet horū heretici et ſchiſmatici accipiunt. Charitas que operit multitudinem peccatorū, proprium donū eſt catholice vnitatis ⁊ pacis: nec eſt in omnibꝰ donū eius, quia nec omnes ſunt eius. Idem.

¶ Licet ſacramenta mali miniſtrent, remiſſionē peccatorū non preſtant.

R Emiſſionē peccatorum auari [a] nō dant: que per orationē [b] id eſt per colūbe gemitum datur, quicunq; baptizat, ſi tamen ad eius pacem illi pertinent quibus datur: non enim raptoribus ⁊ feneratoribus, dixit dn̄s: Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur illi. ſi cui tenueritis, tenebuntur. Foris [c] quidem, nec ligari aliquis poteſt, nec ſolui: vbi non ſit qui alium ligare poſſit aut abſoluere: ſed ſoluitur qui cum columba fecit pacem, et ligatur qui cum columba non habet pacē. ſiue aperte [d] foris ſit, ſiue intus eſſe videatur.

S i ergo ſacramēta [e] in modū lucis ab immundis coinquinari non poſſunt: ſi in modū puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniūt: patet ꝙ ſimoniaci ſacramentum vnctionis ſibi quidem inutiliter et pernicioſe habent: alijs vtiliter et ſalubriter eandē vnctionem adminiſtrant. Sicut ergo ſunt vera ſacramenta hereticoꝝ quantum ad formam, ita ſunt vera ⁊ nō inania [f] quātum ad effectum.

S ed notandum [g] eſt ꝙ ſacramentorum alia ſunt neceſſitatis [h], alia dignitatis. Quia em̄ neceſſitas non habet legē, ſed ipſa ſibi facit legem: illa ſacramenta que ſaluti ſunt neceſſaria, quia iterari non poſſunt, cū ſint vera: auferri vel amitti nō debēt, ſed cū penitentia rata eſſe permittuntur. Illa [i] vero ſacramenta que ſunt dignitatis, niſi digne fuerint adminiſtrata, ita vt digni digne a dignis ꝓmoueantur, dignitates eſſe deſinūt: non vt minuatur veritas ſacramenti, ſed vt ceſſet officium adminiſtrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.

L oco, vt ait Leo.

¶ De his qui a pſeudoepiſcopis ordinantur.

f ¶ Et non inania. Uerū eſt hoc in ſacramento neceſſitatis. xxiiij. q. j. ſi quem forte.

¶ Sed notandū. ¶ Hec eſt. vj. pars. q. in qua facit differentiam inter ſacramenta neceſſaria et voluntaria. Neceſſaria enim ſacramenta ſine quibus nemo ſaluat̄ (vt eſt baptiſmus) poſſunt recipi a quocunq;. Sed ſacramenta voluntaria (vt ſūt ordines) niſi rite dentur, data non ſunt: ſed ceſſāt vel loco, vl' ordine, vel promotione. de quibus multa ponit exempla: que ꝓbat per. vj. ca. Joā. de fan.

g ¶ Sed notandum. ſcʒ contra ſimoniacos. reſpondet enim per diſtinctionem ſequentē ſue concluſioni. ſacramentuʒ em̄ male acceptū, duplici caret effectu: aut quia in eo preſtito nō percipit̄ gratia ſed arguit̄ malitia recipientis; et hoc omnibus ſacramētis eſt cōmune. vel q: negatur executio qđ ſpeciale eſt in ſacramentis dignitatis.

vj. pars.

h ¶ Neceſſitatis. Neceſſitatis quinq; ſunt ſacramenta: baptiſmus: confirmatio: penitentia: vltima vnctio: corpꝰ xp̄i. † In baptiſmo tamen hoc eſt ſpeciale ꝙ in ſūma neceſſitate accipi poteſt a quocunq;. xxxij. diſtinctio. §. verum. ver. finem. et idem circa penitentiam. nam confiteri poſſum cuicunq; in neceſſitate de peniten. diſtinctio. j. quem penitet. Circa alia ſacramenta neceſſitatis vel circa iſta duo cum non inſtat neceſſitas, hoc eſt attendendum, ꝙ cum peccat quis accipiendo: acta penitentia rata intelliguntur quo ad effectum. In ſacramentis vero dignitatis hoc eſt de iure ꝙ non habeant executionem cum peniteant accipientes, niſi cum eis diſpenſetur. Et ſacramenta dignitatis ſunt ordines: et ideo dicitur in plurali, quia ſunt plures ſpecies ordinis. xxj. diſtinctio. cleros. Et dicuntur dignitatis: quia a dignioribus id eſt epiſcopis conferuntur: vel quia non niſi digni ‡ aſſumendi ſunt. Uidetur etiam ꝙ baptiſmus non ſit neceſſitatis ſacramentum: argumen. de conſecratione diſtinctione. iiij. ca. baptiſmi vicem.

i ¶ Illa. Hic aſſignat vnā differentiam inter baptiſmū et alia ſacramēta: aliam ponit. j. in ſequen. §. ecce ſi clericus, aliam in illo. §. ecce cum honoris.

Sacramentum male acceptum duplici caret effectu.

† eſt de pe. tremiſ. q̄ in te.

Not. ꝙ iſtud in ſacramentum nō eſt neceſſitatis. Sed contra no. et ꝙ tranſact. veniēs vbi de hoc ſat' no. Ar.

